



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institutiones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

IV. Omnia maximè Hæreticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

HÆc omnium teterrima est pestis
nam ipse eorum sermo, teste Apo-
stolo, *ut cancer serpit*: est hic morbus
gangræna, perniciosissimum malum:
nam primò partem, quam occupat,
corrumpit; mox vicinorem, & ha-
sibi propinquam; donec cor, totum
que hominem inficiat, & perdat.
Ita hæresis vnum primò, mox alte-
rum atque alterum, tandem vitio se
proseminante, integrum communita-
tem venenat, atque corrumpit. quan-
to exitio animarum! *Arius*, inquit
S. Hieronymus, una scintilla fuit: quia
non statim oppressa, totum Orbem eius
flamma depopulata est. Quare primos
Christianos *S. Ioannes*, sollicitus pa-
stor, monebat, cane peius, & angue
cauerent ab hæretico, eumque habe-
rent pro excommunicato: *Non reci-
piatis, inquietabat, in domum, neq^z ei aie-
dixi.*

dixeritis. S. verò Cyprianus : Declinent, inquit, & euitent dilectissimi fratres nostri verba eorum, quorum sermo, ut cancer serpit; nulla cum talibus commercia, nulla conuinia, nulla colloquia miscent, sintq^z ab omnibus tam separati, quam illi ab Ecclesiâ profugi.

Quæres ex me, quid ergo mihi cum talibus aut spei, aut rei est? primò argue; argumentis, inquam, impugna, si ea arma tractare noueris; si minùs, obsecra: Iuuit nonnunquam benevolentiae signa cum officiorum delatione ostendisse; est enim suauitas maxima animorum conciliatrix: si hæc non iuuant, usurpa pastoris, quâ polles, autoritatem; hoc enim etiam Apostolus monet. *Increpa*: abstinebis tamen à contumeliis, & conuitiis in hominem, & sceleris conuince; quod tot damna Ecclesiæ intulerit, tot regnis vastitates, tot corporibus clades, tot animabus exitia Hæresis inuexerit. Reliqua Spiritus S. & Christiana prudencia

326 *Institutionum Pastoralium*
dentia suggesteret , si preces & consilia
adhibueris; neque enim vna eademque
est ratio conuersandi, tractandique
cum hæreticis.

N V M: V.

De libris obscenis, superstitionis, hæreticis.

SI verborum obscenitas , si tradi-
tio artis Magicæ , si hæreticorum
sermo tantum nocent, quantum vidi-
mus, cùm leui per aërem translu-
aures, animosque tetigerint : quid fiet,
si ista literis efformentur, prælo impi-
mantur, edantur in lucem , euulgen-
tur ; atq; ita in oculis, manibus, sinu
versentur, per otium sæpe sèpius au-
diantur , legantur , memoriaræ man-
dentur ; præsertim si stylus concinnus
sit, & lepidus , si aspersi flosculi elo-
quentiaræ, luceat character, adiiciatur
vestis è serico , & aureus , gemmeus
que umbilicus? vides in eiusmodi libris
quantum misceatur , & propinetur
venenum; pauca sigillatim perstringo.

Lace-